

senes, aut plorantes
 senes, aut plorantes par uolos ingerentes, scilicet
 ut qui superiora causae uerbis iam exorauerunt,
 posteriora rebus ipsis perorarent. Offerimus ergo
 & nos uobis ocarissimi parentes pignus pari
 quidem illorum sed tamen gratiore suffragio.
 Offerimus enim pignus non incognitum, sed
 domesticum. non alienum, sed proprium nec ut
 illi oratores sibi & iudicibus extraneum, sed
 nobis simul uobis que commune, que uos utiq;
 ur̄i sanguinis indolis non ad incognitorum
 hominum cogitacionē, sed ad uestrorum
 reuocat caritatem, nec alienos uobis aliena
 sed uestros uestra commendat. neq; idcirco
 ut eos amatis, quos nunquam ante uidistis,
 sed ut eos non odertis, quos puto non diligere
 non potestis, ur̄m ideo parentes carissimi
 negotium, ur̄a res est, uester id a uobis ani-
 mus, ur̄a caritas depraecatur, neque eo tantū
 nobis irascimini. ut nec uobis consulatis
 supplicante uobis.